



Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. XII. De martyrio Alexandri Papae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

C A P. XII.

De martyrio Alexandri Papæ.

Tunc Alexander Papa, tertio Adriani anno, martyrio coronatur, & vii. ab Urbe miliario, ubi decollatus est, sepelitur, sicut ejus gesta narrant.

C A P. XIII.

De eodem.

Invenimus autem in retractatione Chronicarum Eusebii, quam Beda breviandi gratia ordinat prudenter & succincte, quod praefatus Pontifex non sub Adriano passus est, sed sub Trajano; quod ex hoc facile potest probari, quod Adrianus per Quadratum, libris de nostra religione compositis instructus, præcepit per Epistolam, Christianos sine objectione criminum non puniri,

C A P. XIV.

Vltimum excidium Iudeorum.

Hic denique Adrianus Iudeos, secundo rebelles, ultima cæde domat, etiam eis ablata licentia introeundi in Hierosolymam, quam ipse in optimam murorum cœperat extictionem, & Eliam vocari de suo nomine instituit. Hic Antinoe amasio suo annuos agones instituit celebrari, & coepit appellare Antinoias, & civitatem condit, ejus nominis Antinoon, & templum ei dicavit, sacerdotes & Prophetas instituit. Interea Alejandro finito per martyrium, Sextus subrogatur Romæ. Alexandriæ vero Primo defuncto, Iustus Episcopus eligitur.

CAP.